



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Specvlvm Magnvm Episcoporum, Canonicorum,
Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam
Secularium quam Religiosorum**

Tympe, Matthäus

[Köln], 1614

198. Ex bonis præsentis vitæ conijcere futura vitæ æternæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51447](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51447)

Qui virtutem serit bonam famam merit.

mus nos defensionem qui non solum bonis omnibus operibus destituti sumus, sed & malis grauati, quorum vitium duntaxat in ipsum perditionis profundum detrudere nos sufficeret, nullumq; praterea studium est, vt vel has saltem emendemus?

Sigismundo Imp. Theodoricum Colon. Archiep. roganti quibus medijs felicitatem consequi possit, respondit Episcopus, frustra eam in hac vita quærere. Tum Imp. At illam alterius vita quomodo indipiscar? Si, inquit Episcopus, ita vixeris quomodo admodum calculi aut alterius morbi dolore vexatus, futurum te promittis.

SIGNVM CXC VIII.

Ex bonis presentis vita conijcere futura vita aeterna.

Aug. solilo. l. c. 21. & in Ps. 85. Sur. Tom. 2

Beatissimus Fulgentius Ruspensis Episcopus persecutionem Arianorum fugiens Romam cum peregrinaretur, visa Romani senatus & virtutis Romæ gloria, sic ad fratres peregrinationis sue comites, loquitur: *Quam speciosa potest esse Hierusalem celestis, si sic fulget Roma terrestris? Et si in seculo datur tanti honoris dignitas diligentibus veritatem, qualis honor & gloria prestabitur sanctis diligentibus veritatem?*

Tom. 1. P. 1068.

2. S. Porphyrius Gazæorum Episc. cum ex causa quadam Constant. existens Theodosij iunioris infantuli baptismum ingenti cum pompa & magnificentia celebratum cerneret, dicebat: *Quis*

que paulo post euanescent tantam habent gloria, quanto magis caelestia, quae parata sunt sanctis Dei?

3. Recte S. Petrus Ep. 2. c. 3. asserit promissiones diuinas quibus regnum promissit aeternum non esse idcirco vacuas putandas quod videantur in longum differri, quia quod nobis longum, Deo est breuissimum, cum mille anni apud eum qui aeternitatem complectitur, sint instar diei vnius, imo instar momenti. Deinde omnem illam moram procedere ex illius benignitate qua omnes ad salutem expectat. Errare vero eos, qui mundum in eodem semper statu perseverare existimant, nam & olim aquis deletum, & in futurum igni delendum reseruari, tunc novos caelos & nouam terram exhibitum iri.

SIGNVM CXCIX.

*Non vlcisci iniuriam ab aliis
factam.*

S. Amb. Ep. 25. Non hac, inquit, sola est forma iustitiae, vt nō ladas eum qui te non laeserit, sed etiam illa, vt etiam remittas ei qui te laeserit. Etenim si iustitia virtus est, crimine debet vacare, nec improbitatem improbitati resellere. Quae enim virtus hoc à te fieri quod in altero ipse punias? Contagio ista improbitatis non vicio est. Nihil autem interest cui malefacias, vtum iusto an iniusto cum te malefacere non oporteat. Neq. distat quomodo malignus sis, vtum iusto vindicandi studio an vobis nocendi cum malignitas in vtroq. genere non careat reprehensione.

Fff 2

SI-